

DERBYSHIRE ARCHÆOLOGICAL

AND

NATURAL HISTORY SOCIETY.

Chronicle of the Abbey of St. Mary de Parco Stanley, or Dale, Derbyshire.

BY W. H. ST. JOHN HOPE, B. A.

THE most important of the few records formerly belonging to the Abbey of Dale that have escaped destruction, is a small quarto volume of 196 leaves, now in the British Museum.* The first leaf tells us that it is *Registrum sive Cartularium Abbathiae de Dale in agro Derbiensi*; and the second, *Ex dono Anchitelli Grey de Risley in com Derby: Armigeri*. The handwriting of the greater portion is very clear and good, and evidently the work of a scribe who lived about the end of the thirteenth century. The following abstract will give an approximate idea of the contents of the volume:—

ff. 1, 2.—Fly leaves.

ff. 3, 4.—List of names of places mentioned in the Register.

f. 5.—Fragment of a Chronicle of the Abbey.

* Cott. MS. Vesp. E. 26.

ff. 6-177.—Transcripts of some five hundred and thirty deeds.

ff. 178-179*a.*—List of Abbots of Dale.

(Written in a coarse and late hand.)

f. 179*b.*—Blank.

ff. 180-187*b.*—Transcript of the ancient Chronicle of the Abbey.

ff. 188-194*b.*—List of Tenants and Rents.

f. 195.—Another fragment of a Chronicle of the Abbey.

f. 196.—Fly leaf, with notes, very undecipherable.

The most interesting portion of the Register, and which forms the subject of my paper, is an early history of the foundation of the Abbey, written by one of the Canons about the middle of the thirteenth century.

The original Chronicle has now disappeared, with the exception of one leaf,* and a portion at the end of the volume.† Fortunately for us, the compiler of the Register not only transcribed the muniments the abbey then possessed, but the chronicle also. It is nevertheless evident, from a comparison with the existing fragments of the original, that the transcriber took indifferent care to follow the sub-division of the chronicle into sections—a circumstance the more to be regretted, since the initial letters of the sections, as the chronicler himself tells us, make up his name. The second half is so hastily transcribed, that the sub-divisions (which appear in the first half) are quite overlooked, and it is difficult to say what the right letters are. The authorship is usually attributed to Thomas de Musca, a Canon of Dale, the initials apparently being T(H).O.M.A.S. D.E. M.V.S.C.A. He is doubtless the same person who is mentioned in the Chartulary as Thomas de Muskham, Canon.‡

The Chronicle has already been printed by Dugdale,§ in the original Latin, and an English version is given by Glover.|| Dugdale's edition, however, contains so many errors and mispellings, that it was found necessary to make an entirely new

* *f.* 5. † *f.* 195. ‡ *fol.* 79. § "Monasticon Anglicanum," new ed. vi. 892, ed. 1661. ii. 626. || "History and Gazetteer of the County of Derby" (Derby: Mozley and Sons, 1833), Vol. II., Pt. I, pp. 339-345.

transcript from the Register itself. The appended translation is an attempt to follow the language of the original, but the corrupt reading of some of the passages makes the sense doubtful in places.

Assit principio sancta maria meo.

Tue petitioni frater karissime cum honesta sit admodum et utilis satisfacere volens ut et mens mea piis studiis occupata doloris qui mihi nuper accidit initium ferat fastidium qualiter divina pietas locum istum misericorditer respexerit illumque pro suis habitatoribus clementer eligerit quia non gentem propter locum .sed locum propter gentem elegit et a quibus ante adventum nostrorum Premonstratencium inhabitatus fuerit Et per quos vel quomodo ordo noster hic primo dextera dei plantatus fuerit prout a predecessoribus nostris et aliis qui ea bene noverunt que dicturus sum veraci relacione cognovi: fidele* stilo breviter commendare curabo ut narrent posterii laudes domini et virtutes ejus et mirabilia ejus que fecit in isto loco. Sed precor te quicumque hec legeris ne me reprehendas quod istud opusculum intemptatum a tam preclaris viris qui nos precesserunt in via hac qua ambulamus attemptare / presumo Sed qua mente id facio agnoscas Non enim alicujus levitatis aut temeritatis ausu illud aggredior Sed vera humilitate et mera caritate. ut habeant juniores nostri et alii qui voluerint noticiam de preteritis factis in loco isto diebus patrum nostrorum priorum que si per negligencie vicium non forent scripto commendata posteris essent incognita. lege igitur pacienter et cum perlegeris si in ipso opusculo aliqua certa repereris emendacione condigna esto queso caritativus corrector et non presumptuosus depravator quia nullo modo bonus esse poterit emendator qui semper est sinistra* partis interpretator. Sed quia sunt plerique qui piorum scriptis sine causa derogare congaudent. Ego tum invocatus Spiritus Sancti gratiam talium oblatratus non verens

* Sic.

serenarij vices* olixis exemplo : aure surda pertransibo nomen meum meritis legencium conscribi faciat altissimus in libro vivencium volenti tamen illud scire de faceli constare poterit per litteras capitulares.

(**H**) Onorificum reor esse in exordio primi capituli breviter aliquid in laude virorum forcium texere qui me vocante Deo ad habitum regularem receperunt inter se. Cur enim hoc eos non laudet in terris : quos vita sanctissima venerabilem duxit ad mortem. Et Christus jam feliciter in celis coronavit. Ego igitur inter medios puericie juventutisque flores a patre meo datus ad serviendum Deo et pie genetrici ejus virgini marie in loco hoc habitum suscepi ab abbate Johanne Grauncort patre venerabili Deo et hominibus amabili : qui socius erat specialissimus beati Augustini de lavenden. Hii duo in diebus suis splendiderunt in ordine : ut lucifer et Hesperus in celi cardine. fuerunt eo tempore istius sancti cenobii viri sine querela ante Deum degentes. splendidas virtutum vestes gerentes. vultum angelicum habentes. caritate mutua ferventes domino Jesu Christo devote servientes. Quis fratris Galfridi de Guwell fratris Rogeri de Derby ceterorumque virtutes enumerare sufficiet. Talem patrem tales decebat habere filios. In illorum magnitudine virtutum exprimenda si mihi homeri seu maronis facunda adesset loquacitas puto succumberet. Quatuor autem annos et amplius inter eos jam veterana in Congregatione cum nobilis matrona domina Matilda de salicosa mara ecclesie nostre Fundatrix cujus memoria in benedictione est venit ad nos de partibus lyndeseye senex et plena dierum : quia sciens tempus vocationis sue ex hoc mundo celerius appropinquare. exitum suum orationibus tam sanctorum virorum deo disposuerat commendare. Accersitoque coram ea quadam die sacro conventu spaciandi gratia facta que mencione de primis hujus loci habitatoribus sequentem coram omnibus intulit narrationem.

(**F**)ris inquit† mei verba audite filii mei karissimi Et narrabo vobis fabulam : non fabulam sed rem certissime gestam. Fuit

* *Sic*, but query *voces*.

† *Sic*.

quidam pistor in derby in vico qui dicitur Sancte Marie habebat autem tunc temporis ecclesia beate marie de derby magnam parochiam et ecclesia de enere fuit ei subjecta et capella. Erat que dictus pistor altero quodammodo cornelius vir religiosus ac timens Deum Ita bonis operibus suis intentus ut quicquid preter suum suorumque victum et vestitum et domus necessaria per septimanam querere posset. Sabato ad ecclesiam beate marie deferret. et pauperibus pro amore dei et beate marie virginis erogaret. Cumque talibus piis exercitiis vitam duceret per plures annos essetque Deo carus et acceptus placuit Deo ipsum perfectius probare et probatum gloriosius coronare. Accidit quoque ut quadam die in autumpno cum meridiano sompno se dedisset : aparuit ei in sompnis beata virgo Maria dicens elimosine tue accepte sunt coram filio meo et me Set modo si vis perfectus esse : relinque omnia que habes et vade apud depdale et ibi servies filio meo et michi vita solitaria : et cum cursum tuum feliciter consummaveris. habebis regnum claritatis. jocunditatis et felicitatis eterne. quod preparavit deus diligentibus se. Evigilans vir et divinam erga se factam senciens bonitatem. Deo et beate Virgini consolatrici sue gratias agens. nemini hominum quicquid locutus est. relictis omnibus que possidebat. recessit continuo scienter nesciens ut legitur de beato Benedicto. scienter quia nomen loci didiscerat. nescius. quia ubi locus esset penitus ignorabat. Vertens igitur iter suum versus orientem cum transiret per mediam villam de stanley audivit mulierem puelle cuidam dicentem. Tolle tecum vitulos nostros et mina eos usque Depdale et festinanter revertere. Quo audito vir admirans gracie Dei et quasi propter se hanc vocem factam esse reputans. obstupuit. et accedens propius dixit Dic mihi bona mulier. ubi est depdale. Que respondit. vade cum puella et ipsa si vis ostendet tibi locum quo cum pervenisset invenit locum palustrem valde terribilem longeque ab omni habitacione hominum separatum. divertensque se ad euroclustum* loci. sub montis latere excidit sibi in petra mansiunculam et

* Sic, but query *euroostrum*.

Altare versum ad Austrum quod usque hodie perseverat. ibi que deo die noctuque serviebat in fame. siti frigore. et nuditate.

Magne autem potestatis homo quidam nomine Radulfus filius Geremundi eo tempore Dominus erat medietatis ville de Okebroke & de Alwaston cum soka hic cum vice quadam a Normannia reversus esset in Anglia placuit sibi visitare terras et nemora sua. Cumque die quadam ludum querens venisset cum canibus suis venandi gratia in boscis suis de Okebroke stipatus caterva multa. apropinquavit loco ubi degebat vir Dei et videns fumum ignis de spelunca hominis Dei ascendentem. indignanter premirabatur vehementius qua temeritatis fronte auderet aliquis in bosco suo mansionem sibi facere sine ipsius licencia. Accedens igitur ad locum reperit hominem veteribus panniculis et pellibus indutum. Cum sissitatus esset ab eo quomodo et unde et ob quod ibi venisset et ille sibi causam diligenter exposuisset compunctus corde idem Radulfus filius Geremundi et videns ipsius hominis Dei calamitatem concessit sibi locum. deditque ei decimam molendini sui de Burgo ad ipsius sustentationem. Et ab illo tempore usque ad hunc diem remansit ipsa decima fratribus apud depdale Deo servientibus. usque huc verba predictæ Domine Matildis alia quidem prosecuta est que suis in locis competenter ordinabuntur.

Qualiter
mutavit
locum et
construxit
capellam
beate
marie

* Antiquus autem generis humani inimicus milleartifex
videns Christi tironem diversis virtutum floribus vernare
cepit eï sicut et ceteris Sanctis

invidere. cogitationibus suis crebrius immittens seculi vanitates vite sue asperitatem quasi intolerabilem loci solitudinem. deferrique varias importunitates. sicut Humfridus quem multi qui adhuc supersunt noverunt. non solum mihi. sed et multis aliis narrare consueverat. Hic Humfridus asserere consuevit. vicilinus† fuerat Gome de la Dale de qua in subsequentiis fiet mentio. Vir autem Domini predictus serpentis tortuosi virus agnoscens orationibus assiduis. crebris jejuniis. sanctis meditacionibus omnia ejus temptamenta per Dei gratiam evacuabat unde factum est. ut

* Here commences the first fragment of the original chronicle.

† *Sic*, but *vicinus* in transcript.

non solum clam sed et palam totus grassaretur in eum visibilem cum eo gerens conflictum. Et quia graves fuerunt ei indies assultus inimici ad tolerandum in mensam sustineret aque inopiam loca propinqua circuiens non longe a suo loco versus occidentem in valle reperit fontem juxta quem sibi fecit tugurium et oratorium in honore Dei et beate Marie construxit ibique vite sue agonem in Dei servicio laudabiliter consumatus de corporis ergastulo feliciter transivit ad Dominum.

Sed et illud memorabile patribus nostris notissimum quod circa illa tempora in loco hoc monstrare dignatus est Dominus ipso opitulante monstrabo.

De visione
crucis
quam
uhtlago
dicitur
.....
apud
lyndrik

Fuit quidam Uthlagus famosissimus partes istas frequentans propter iter commeantium inter Nottingham et Derby per forestam. Erat enim tota patria inter pontem Derby et aquam de Irrewysa afforesta eo tempore. Uthlagus igitur ille cum in una dierum aestivi temporis super Lyndrik' qui mons est extra portam monasterij nostri ad occidentem sederet sociis suis circa se ludentibus sopor gravis irruit in eum. Et cum obdormiret videt in sompnis crucem auream stantem in loco ubi nunc fundata est ecclesia nostra cujus cacumen celos tangebatur. extremitates vero brachiorum usque ad fines orbis terrarum ex utraque parte se extendebant de cujus claritatis magnitudine totus mundus resplenduit Videt autem et ex diversis gentium nationibus homines, venientes et Crucem illam devotissime adorantes. Expergefactus homo et a sompno evigilans convocatis suis narravit eis visionem a Domino sibi revelatam adjecitque et ait Vere dilectissimi vallis ista quam subter nos cernitis et monti huic contigue adjacet locus sanctus est vere inquit Dominus est in loco illo et ego nesciebam filii qui nascentur et exurgent enarrabunt filiis suis magnalia que operabitur Dominus in valle ista Vallis inquit ista virtutum floribus erit dealbata plena deliciis et amenitate. Venient enim prout mihi est revelatum de diversis nationibus. Dominum in valle ista adoraturi et ipsiusque in finem seculi pro temporum successione servituri. Et quia Dominus noster ihc x^t tantum de secretis suis mihi peccatori ostendere dignatus est ideo sciatis quod me de cetero nec socium nec

magistrum habere poteritis. set ipsius adjutus gratia* vitam meam ad ipsius voluntatem emendabo. Et osculatis omnibus decessit ab eis Sed quo devenit illis eo tempore fuit incognitum. Fuerant quidam qui dixerunt ipsum apud depedale ivisse ibique Domino in secreta conversacione suo perpetuo servisse et felici fine in Domino ibidem quievisse.

De nobili
matrona
que
vocabatur
the
Gomme of
the Dale et
filio suo
Ricardo

Dominus de Badeley † Serlo de Grendon nomine miles armis strenuus divitiis potens generis eminentia conspicuus accepit in uxorem margeriam filiam predicti Radulfi filii Geremundi et cum ipsa medietatem ville de Okebroc in liberum maritagium ‡ de qua genuit quinque filios bertramum postea Canonicum nostrum . Willelmum clericum recolende memorie advocatum nostrum . fulcherum . Jordanum . & Serlonem. [Robertum§ milites fratrum]. Genuit autem et tres filias . scilicet . Johannam Isoldam & Agatham ad quas demum proch dolor descendit hereditas. Robertus cepit in uxorem Matildem quandam nobilem progenie . sed moribus multo nobiliorem Matildem dominam et de Seliston . de qua genuit Andream de Grendon . heredem . & Radulfum dominum de Boylest' & levelande . brā ceteris fratribus militibus in armis erat preteritum [Gen]uit autem & Robertum ex concubina. Quatuor isti prenominati . milites . fuerunt . Robertus vero licet bastardus vir in armis potentibus. || Erant eo tempore Grendonenses famosissimi in terra hac magneque potencie viri. Et habebat [predictus ¶] Serlo amitam unam que et mater ejus erat spiritualis eo quod eum de

* *Gratia adjutus* in transcript.

† In the margin of the transcript is added, in a 17th century hand, *Bradeley juxta Asheburne.*

‡ This paragraph stands thus in the transcript:—"De qua genuit tres filias . scilicet . Johannam Isoldam et Agatham ad quas demum proch dolor descendit hereditas. genuit quoque quinque filios, Bartramum postea canonicum nostrum Willielmum clericum recolende memorie advocatum nostrum. fulcherum . Jordanum et Serlonem postea accepit in uxorem matildam nobilem progenie sed moribus multo nobiliorem dominam de celston de qua genuit andream de Grendon et radulfum dominum de Boleston ceteris fratribus militibus Genuit autem et Robertum ex concubina qui fuit armis potentior ceteris."

§ Erased.

|| The passage from *de qua* to here is interpolated in so careless a way that it is difficult to see what the right order should be, and what is the exact meaning.

¶ Inserted.

sacro fonte susceperat. Huic dedit dictus Serlo quoad viveret locum de Depedale cum pertinenciis et totam terram cultam et incultam que est inter semitam que extendit a boreali porta de Boyhag versus occidentem usque ad le Cockeysithe et Brunebrook. Et quia tales matres spirituales anglice vocantur Gomme ipsam communi vocabulo vocabant *the Gome of the dale*. Hec habebat filium nomine ricardum bone indolis adolescentem quem sacris literis eruditum post sacros ordines rite susceptos ordinari fecit presbiterum ut in capella sua de depedala ministraret in divinis. Quod et fecit. Mansio autem ejusdem matrone fuit in superiori parte orti nostri versus austrum in loco nunc est stagnum quod vocatur fratris Rogeri de Alesby un' cum patres nostri facerent illud stagnum invenerunt in fundo ipsius lapides plures sectos qui olim fuerant de mansione supradicta.

Eo tempore cum esset domus de Kalc mater ecclesia de Rependon volente deo qui omnia disponit suaviter locum de Depedale gratiosius exaltare predicta matrona venerabili consentiente quin potius

De
adventu
nigrorum
canoni-
corum de
Kalk

procurante dictus Serlo de Grendon convocavit Canonicos de Kalc et illis dedit locum de Depedale. Suscepit autem inter eos habitum regularem predictus Ricardus Capellanus. Et sicut narravit mihi Humfridus de quo superius memoriam feci. Prior ipsorum Canonicorum vocabatur umfridus. fuerunt que sibi socii Nycholas et Symon qui fuerat paulo ante conscolatis* et sodalis Willielmi de Grendon apud parisi'. et Ricardus Capellanus predictus et duo alii quorum nomina a mea recesserunt memoria. [quidem Umfridus cum ipsis Canonicis (?) per dies & annos olim stetit in servicio.] † Radicati igitur in eodem loco predicti Canonici et a Deo confortati. edificaverunt sibi ecclesiam opere sumptuoso [et al]ias officinas. Humfridus vero Prior eorum curiam adivit romanam. et optimum privi[legium] quod adhuc habemus penes nos. super loci confirmatione. sepultura. Cantaria eciam terra interdicto supposita. et aliis libertatibus plurimis impetravit. Circa illa tempora floruit Albinus primus Abbas derleye tanta sancte et honeste conversacionis

* *Conscolaris* in transcript.

† Inserted.

prerogativa prefulgens . ut interior claustri et ecclesie angulus religionis tanti patris fragrantia hodierno die . . . enciatur redolere. Tunc ceperunt non solum de progenie Grendoniensium . set et alij patres nobiles & vulgares locum de Depedale frequentare . de bonis suis largiter donare . et moriti* . corpora sua ibidem sepe- lienda legare . Audivi dici et credibile et fide digne† quod ibidem requiescunt sepulti milites amplius quam quadraginta exceptis aliis nobilibus et ingenuis sexus promiscui . et vulgari populo innumerabili. Requiescit autem ibidem Petrus Cocus de Batheley anochorita loci illius recolende memorie‡ de cujus conversacione sancta quam pro parte novi et de ejus gestis ab eo et aliis mihi plena fide revelatis in subsequentibus opitulante Deo solemniter fiet mentio . et ideo loco illi ob ipsius sanctitatem et tantorum xpi fidelium ibidem quiescencia corpora devotus debetur honor et reverentia.§

Multis igitur aliorum || curriculis in loco predicto commoran- tibus canonicis supradictis cum essent longe segregati a sociali conversacione hominum et illis privatim arrideret loci amenitas ceperunt remissius se habere in dei servicio et divinis observan- ciis plus frequentabant forestam quam ecclesiam : plus scurilitati quam animarum utilitati plus venacioni quam orationi vel sacre meditationi intendentes et cum esset tota patria foresta ut supra- dictum est. Rex audiens eorum insolenciam eos propter vena- cionem amovere fecit de loco illis autem omnia que habebant in manus patroni resignantibus et ad locum unde exierant regressis licet essent necessitate compulsi. humfridus prior eorum apud la magdalen secessit ibique vitam heremiticam multis diebus exer- cuit. Ego vero credere non possum hoc casualiter factum sed ipsius consilio sine quo nec folium arboris ad terram defluit nec unus pasterus ad terram cadit. O altitudo sapiencie et sciencie dei quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles vie ejus quis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius

* Erased, and *decedentes* written above. † *Digno* in transcript.

‡ Erased, and *Sancte recordationis* written above.

§ This is the end of the first fragment of the original chronicle.

|| *Sic*, but query *annorum*.

ejus fuit dominus autem locum quem elegerat non sic dereliquit desolatum quia ludit in adversis divina potencia rebus paulatim enim cepit ipsius clementia manum misericordie sue ad majora et miribilia extendere ut evulsis sicomoris cedros immutaret pro nigris recedentibus albos huc adducens et collocans premonstratenses ut proximus sequens capitulum declarabit.

Venerunt autem de Tupholme que domus est ordinis nostri sex canonici apud dapdala moraturi per loci advocatum vocati. Datus vero fuit eis parvus de Stanley in augmentum sue possessionis sed quomodo aut per quem pro parte scio sed omnino certus non sum. et incerta pro certis scribere ubi cujusque rei veritas tractatur absurdum esse senceo. hoc tamen certissime scio quod quidam frater conversus qui venit cum eis de Tupholme primus construxit molendinum aquaticum in parco et stagnum atrichiavit cum ingenti labore et angustia. Prior eorum vocabatur Henricus et esse eos oportuit sicut et fuerunt magne laboris quia multum onerati erant ex frequenti adventu forestariorum et aliorum. Nec terram habebant cultam preter illam que olim fuerat supradicte Gome de la dala et chacemor scilicet unam parvam carucatam. Dominus enim de Okbroke retinuit sibi in dominico rusticos et villulam de boiahag. que sita fuit loco qui nunc dicitur boihag medoe cum igitur vij annis in magna paupertate ibidem fecissent summitates quarcum de parco a medio succedentes vendiderunt et accepta pecunia apud Tupholme regressi sunt Abbate suo ipsos revocante : sed predictus Henricus prior eorum qui subtilis erat valde in fabricatione false monete cecessit apud toftweth ibique cohabitabat cum quadam muliercula de morley quam antea stulte foetentis libidinis amore cognoverat quod audiens ejus Abbas sed et indigne ferens cum fratribus ad ejus mandatum domum redire contempsit misit et per vim eum adduci fecit usque Tupholme qui dolore cordis concepto adeo diabolico instigabatur consilio quod in balneto calido de utroque brachio sanguinem minuens spontanea quin potius stulta morte vitam finivit.

Sedit igitur sola decolerata fusca syon filia ecclesia de depdala pristinis suis habitatoribus ad tempus orbata sed pater misericordie et deus totius consolacionis qui locum illum misericorditer elegerat

oculo clemencie sue respexit eum et consolatus est ne igitur locus ille deo amabilis et hominibus venerabilis diutius divinis defraudaretur obsequiis Dominus Willielmus de Grendhon cujus nomen propter suorum prerogativas meritorum tanquam mel in ore dulcoratur misit et accersiri fecit huc canonicos quinque de Welbek Ordinis premonstratensis prior illorum vocabatur Willielmus Bensyt sub Abbate Ricardo de Suwell (viro utroque in temporalibus et spiritualibus admodum experto) prior illorum et tunc quem satis vidit postea apud Welbek domus illius priorem frater Willielmus de hagneby tunc illius ecclesie canonicus post vero prior sancte hujus congregationis quando habitum suscepit* Religionis qui multa de ipso edificandi gratia nobis narrare consueverat. Manserunt autem hii predicti quinque viri ob Ordinis asperitatem in maxima paupertate multas interim et diversas perpassi adversitates. Cumque die quadam unus eorum Lampades ante Altare dependentes deorsum attrahere vellet mirum in modum omnes in terram cadentes minutatim confracte sunt vocatoque priore in auditorio et accepta licentia loquendi dicebat inter cetera: Eamus hinc quia nichil nobis evenit prosperum omnia vergunt in contrarium et vere dico quia dominus nos loco isto indignos judicavit. Aut aliis nobis melioribus forte reservavit. Cujus verba vera facta sunt presagia futurorum prout postea rei probavit eventus et sequens casum declarabit. Post non multum temporis venit apud Depedala sicut ut ante fecerat Abbas memoratus gracia visitandi fratres suos volens omnia recta esse et invenit eos pauperrimam vitam agentes. pauca in granario habentes ad pistrinum pauciora ad Camberiam. quorum necessitatibus vir sanctus condolens dicebat / Molestum esse et injustum videri fratres suos fame et inedia confundi in deserto quibus satis sufficienter victus et vestitus necessaria domi providere poterat secundum regule et ordinis exigenciam. Dum igitur remeasset ad Monasterium habito cum fratribus diligenti tractatu ususque consilio saniorum in predictos fratres apud depdala commanentes domi revocavit.

* *Sic, but query suscepi.*

Cum hec agerentur contigit quod Willielmus frater* Radulfi
 cujus superius memoriam feci emeret villulam de stanleya
 de Nicholao frater Willielmi Chyld de trowell faciendo sibi
 servicium quarte partis feodi unius militis currente scutagio.
 Idem Nicholaus tenebat Trowell Bocolscoute lamcotte lynsa-
 yam de domino de caym pro scuto integro qualibet illarum
 villarum pro honwys leston et stanford de quibus ad presens
 melius subticere. quia ad propositum non pertinent quam
 aliquid inde tractare disposui. Dictus vero Willielmus frater*
 Radulfi predictam villam de stanleya dare cogitaverat Galfri-
 dum Sawcemare cum Matildam filiam suam desponsaverit sed
 ipse Galfridus et uxor ejus ut Deo devoti eundem Dominum
 suum adierunt dicentes Bene nosti domine quod simul steti-
 mus in conjugio maritali per septem annos et amplius et
 privavit nos Deus fructu uteri nostri carentes solacio libero-
 rum. et ideo summo opere precamur quatinus villam de Stan-
 leya quam nobis dare proponitis Deo offerre et conferre velitis
 domum religionis Abbati ordinis premonstratensis in parco
 vestro ejusdem ville fundate ut ipse altissimus bonorum retri-
 buat Deus piam humilitatis nostre devocionem respiciens nobis
 optate prolis jocunditatem. et vobis ob tale commercium nobis
 que eterne vite donet felicitatem Ut autem vir nobilis eorum
 corda et cordium suorum consilia a Deo integra exinspirata
 eorum justis et honestis petitionibus libenter acquiescens de-
 center Willielmum de Grendon Clericum et sororis sue filium
 dominum de Okbroke vocari fecit ad se et dixit ei Domum
 quandam ordinis premonstratensis per consilium amicorum
 meorum fundare propono in parco meo de Stanleya cui con-
 tigue adjacit antiquus ille locus de depdala cujus es patronus
 ubi eciam successive floruit diversorum virorum religiosorum
 congregacio qui omnes ingruente quam pocius compellente eos
 intollerabili paupertate locum reliquerunt desolatum et cert-
 issime scio quod si locum illum novelle plantacioni mee donare
 volueris ita inter me et te de terris et aliis possessionibus et

* Added in a 17th century hand, "*filius Radulfi passim in cartis hujus libri.*"

bonis a Deo nobis concessis providebimus si mihi Dominus concesserit vitam prolixiorum quod Religiosos ibidem evocandos neque mendicare vel locum mutare deinceps aliqua compellet egestas. Cui Willielmus de Grendon respondit. Benedictus Dominus qui tam pium vobis inspiravit propositum et benedicti sint a Deo qui tale vobis dedere consilium. Et ideo quod proposuistis in nomine Domini feliciter et si placet velociter cum omnes fragiles simus et mortales inchoetis. Et ego domum de Depdala cum omnibus pertinencibus que ad me dare pertinent et que unquam aliquo tempore fuerunt nigrorum canonicorum [vel alborum olim ibidem commorantium loci habitatoribus sub certa spe uberioris gratie vestre novelle donabo. Ita tamen quod per unum sacerdotem illius Congregationis singulis diebus imperpetuum in capella de Depedale quam sustinebunt divina celebrentur obsequia pro anima mea et animabus antecessorum et successorum meorum et pro animabus omnium ibidem in christo quiescentium. et in refectorio super mensam majorem ponatur cotidie una prebenda conventualis panis. cervisie et companagii. pauperibus distribuenda. Cui vir nobilis avunculus suus gratias agens pro concessis. dixit. Et ego ista omnia inviolabiliter supplebo et procurabo fieri imperpetuum Et tam hujus rei quam de domus fundacione quia in cismarinis partibus quam in transmarinis circa regia negocia occupatus talibus vacare non possum Galfridum de Salicosa-mara et Matildam filiam meam uxorem suam quibus hac in re facio executores]* scilicet. de loci fundacione et canonicorum revocatione.

Ad mandatum igitur acceptis Cartis et aliis instrumentis ad domus fundacionem necessariis a predicto nobili viro Willielmo abierunt ad ejus mandatum dicti Galfridus et Matildis apud Neuhus ut inde educerent conventum Erant viri illius Monasterii virtutum floribus fragrantibus utpote rosa summe paciencie lilio castitatis precipue viola celestis vite contemplacione quos sic vite

* The part in brackets is the other fragment of the original chronicle. The continuation is added in a hand *temp.* Edw. II.

sinceritas et morum honorat honestas ut a mari usque ad mare et per omnes fines regionis Anglicane illorum sanctitas redoleret.

Dicti igitur Galfridus et Matildis venientes apud Neuhus invenerunt ibi Abbatem Lambertum nomine virum tocius prudentie. in sermone veracem. in iudicio justum. in consilio providum. in commisso fidelem. in interventu strenuum. in bonitate conspicuum. in universa morum honestate preclarum. qui sic suos subditos vite celestis dulcedine informaverat ut veraciter dicere possent cum Apostolo. Nostra conversacio in celis est. Susceptis igitur honorifice dictis Galfrido et Matilde a predicto venerabili patre. expositoque negocio et adventus sui causa. Idem Abbas habito cum fratribus diligenti tractatu concessit eis novem canonicos apud Depdala deducendos et hunc ordinem ibi instituendos fuerunt autem inter eos Walterus de Senteney vir summe religionis qui antea apud duo loca. scilicet. Sanctam Agathem cum conventu de Neuhus exiens ibidem Ordinem fundaverat. et Johannes de byford filius Baldewini de byford qui fuit socius Petri de Gausela fundatoris domus de Neuhus. et Hugo de* Grymesby et Rogerus de Alesby. et Willielmus le Sores. viri vite honeste & religionis magne cum aliis viris dei. Hii sunt O Dala lapides vivi. lapides electi. lapides preciosi in ecclesie fundamento ipso lapidi summo angulari connexi sine quo celsitudo feliciter gaudent domino

TRANSLATION.

May the Holy Mary be present at my beginning.

To thy petition, dearest brother, since it is very proper and useful, being willing to accede, even though my mind, busied with the pious avocations of the sorrow which has lately fallen on me, takes the effort hardly, as the Divine Goodness has looked upon this place with pity and mercifully chosen it for its own indwellers—because It has not chosen a people on account of the place but the place on account of the people—by whom it was inhabited

* The rest of the transcript is missing, but the Edwardian addition to the original gives us the remainder.

before the advent of our Præmonstratensians ; and through whom, or in what manner, our Order, by the right hand of God, was first planted here, as from our predecessors and others who knew those things well, which I am about to relate, I have known by veracious narrative ; with faithful pen I will briefly take pains to set forth, that those who come after may tell of the praises of the Lord and His virtues and His wonderful works which He did in that place.

But I pray thee, whosoever readest these things, not to blame me because I venture to attempt this little work, unattempted by such eminent men who preceded us in this way in which we walk ; but that, in the way in which I compose it, do thou understand it. For not with the assurance of levity or of rashness do I commence it ; but with true humility and mere good will, that our juniors and others who will, may have knowledge of past events done in this place in the days of our forefathers, which, if through the fault of neglect they be not committed to writing, would be unknown to those who come after.

Read therefore patiently, and when thou hast read it through, if in the little work itself thou shalt have found certain things worthy of emendation, be, I beseech thee, a charitable corrector and not a presumptuous perverter, because in no way can he be a good corrector who is always an interpreter of the unfavourable part. But because there are very many who without cause delight to detract from the writings of the pious, I then, having invoked the grace of the Holy Ghost, not fearing the barkings of such, after the example of Ulysses will pass by with deaf ear the voices of the syren. May the Most High, through the merits of those who read, cause my name to be inscribed in the book of the living. Nevertheless to him wishing to know it, it can easily be known by the capital letters.

